



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

VIII. Nicolaus, Herr von Werle, verkauft dem Kloster Amelunxborn Güter in Solstowe, Vipperowe, Priborn [et]c., im J. 1291.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

rum deo et sanctis eius obtulit in perpetuum. arbitrio fororif cristine recluse de fatowia relinquent. ut singulis septimanis missa una pro uiuis et altera pro defunctis. pro iam dictis fidelibus persoluatur. in loco. ubi eidem visum fuerit ordinare.

VIII. Nicolaus, Herr von Werle, verkauft dem Kloster Amelunghorn Güter in Soltfowe, Bipperowe, Priborne etc., im J. 1291.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis: Nos. Nicolaus dei gratia Dominus de Werle, vniuersis sancte matris ecclesie filiis presentia visuris in perpetuum. Cum mundane varietatis cursus ambiguus in sui varietate nichil habeat certius, quam ad ea que rite acta sunt, statim cum non placent se inclinet et immutare conetur expedit de rebus gestis scripturam fieri per quam geste rei veritas posteris clarius elucefcatur. Hinc est quod tenore presentium publice recognoscimus tam presentibus quam futuris notum fieri cupientes. Quod venerabiles et in Christo nobis dilecti, Dominus abbas Totusque Conuentus Monasterii de Amelungesborna, Cystericiensis Ordinis, Hildensemenfis dyocesis, atque fratres eorum manentes in Dranse, Molendinum suum in dominio nostro situm quod Priborne dicitur, cum omnibus vtilitatibus suis et proprietate sicut ad ipsos pertinuit. ad manus et vtilitatem nobis totaliter assignauerunt et resignauerunt. Insuper ducentas et viginti marcas denariorum promptas ab ipsis recepimus. Pro quibus omnibus, accedente beneplacito et consensu dilecte matris nostre Domine Sophie, et fratrum nostrorum Guntheri, Bernardi, Henrici et Johannis, de maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio, vendidimus, donauimus et donamus eisdem, Domino abbati et conuentui in Amelungesborna et fratribus eorum in Dranse. perpetuo, quiete, pacifice et libere possidere quedam Bona in Soltfowe, videlicet Curiam quandam cum fundo suo siue insula in qua sita est, nec non tres mansos ibidem ad eandem curiam pertinentes. Item vnum mansum in vipperowe, et quartam partem stagni quod Szumit dicitur et medietatem cuiusdam aque que Reke dicitur, iuxta villam Gartz. nec non alios quinque mansos in Priborne. Que omnia emimus a fidei nostro vasallo Henrico de Rorbeke armigero. Qui cum omnia ista, cum vxore sua et heredibus suis, nobis resignasset, fratres predictos in possessionem misimus eorundem. volentes vt ipsi ea, cum terminis quos nunc habent vel ab antiquo habuisse dinoscuntur, cum omnibus attinentiis suis, in siluis, pratis, pascuis, Campis cultis et incultis, in aquis aquarumque decursibus, cum integra proprietate et hereditate tam in areis quam in arearum spatii que kotworde dicuntur, sine diminutione et dimensione aliqua ingiter obtineant et ex toto. Ceterum fratres sepedicti habebunt proprietatem quatuor mansorum in Soltfowe, et omnium arearum que ad ipsos mansos pertinent vel pertinuerunt antiquitus. Quos mansos emit sibi Tidemannus priborne burgenfis in Robele, ab eodem Henrico de Rorbeke superius memorato. Preterea iidem fratres ratione proprietatis et iuste possessionis quam habent in prefatis bonis et mansis, habebunt piscaturam in aqua Muriz, sicut Henricus Rorbeke habuit, et ceteri vasalli nostri habent apud aquam Murizce commorantes. Insuper vendidimus prememoratis fratribus proprietatem superioris molondini in Schilde, scilicet iuxta villam Bale siti. statuentes, vt nullus intra terminos domini nostri eis in flumine et amne ipsius molendini infra vel supra vllum impedimentum quod stowinge dicitur, faciat. Et ad firmandum obicem ipsius molendini, terram in dominio nostro accipient et acquirant. Vt igitur cum progenitoribus nostris qui ecclesiam in Amelungesborna eternorum intuitu liberaliter dotauerunt, de manu domini in quo uiuimus mouemur et sumus, recipiamus duplicia gratiam scilicet in presenti et gloriam in futuro. donationes et libertates quas ipsi progenitores nostri in

quibuscunque locis eis donauerunt ratas habemus et confirmamus eisdem. volentes vt ipsi bona superius memorata. Eadem libertate iusticia toto iure et pleno iudicio sicut habent in Dranse, iugiter possideant. In quorum omnium testimonium presentes littere sigili nostri munimine sunt firmate. Testes sunt. Dominus Johannes stormen prepositus in Robele, Item Nicolaus dictus hane, Mathias ketelhot, Conradus de Cremun, Thanquardus de Guzsteuene, Johannes et Bernardus fratres de Belin, Conradus Bune, Volradus dargaz, Jerizlaus, Johannes de Morin, Otto de Ritfowe, Johannes de Hauerberghe, milites. Item Tidericus Cufengart, Erkenbrecht, Ambo Conyut, hü armigeri. et plures alii fide digni vbi hec acta sunt pariter affuerunt. Actum Robele anno gracie M^o CC^o LXXXX^o primo, XVI^o kalendas Aprilis. Datum per manum domini Johannis de Retz, capellani et notarii Curie nostre.

Nach dem im Hauptlandes-Archiv zu Wolfenbüttel befindlichen Original.

IX. Beschreibung der dem Kloster Amelunxborn zum Hofe Dranse gehörigen Dorfschaften und des Verhältnisses ihrer Bewohner.

Isti sunt mansi bonorum nostrorum monasterii Amelungesbornen in terra Slavie ad curiam Dranz pertinentes infra scripti.

I. Inprimis in campis ville Drans sunt In universo XXXII mansi cum illis tribus ad parochiam pertinentibus, qui quidem mansi plebani nichil dabunt nec faciunt monasterio nec curie Drans, Sed quilibet mansus villanorum dabit pro pacta V modios siliginis et decimam. —

Notandum quod in villa Drans sunt in universo XXIV curie siue aree cum casis, que quidem curie siue aree quedam dant censum, quedam non ¹⁾; sed omnes tenentur dare pullos et decimam minutam, que oftme dicitur, curia siue area unum pullum ²⁾ suo tempore. Decima de omnibus colligitur in festo philippi et Jacobi, de aucis Jacobi, de polledris Martini.

Notandum in genere, quod villani nullum jus habent in silvis fructuosis ad usus suos, nisi de licentia speciali suorum dominorum. —

Item notandum in genere, quod cultores manforum VIII dies seruiunt ³⁾ de iure curie drans videlicet VI arando, duos metendo; sed case tantum duos dies in messe videlicet metendo, sed mulier vel vidua si fuerit quatuor dies ligabit, qui negligunt

¹⁾ Nach dem obigen dürfte anzunehmen seyn, daß schon zur Zeit der Abfassung des obigen Registers die zwei Freibauern zu Dranse bestanden, die es noch nach dem Erbregister des Amtes Zechlin v. J. 1574 in dem gedachten Dorfe gab.

²⁾ Nach dem Erbregister vom J. 1574 mußten von jedem Wirthe in Dranse zwei Rauchschöner gegeben werden, nämlich eins an das Mecklenburgische Amt Wredenhagen und das andere an das Churfürstliche Amt Zechlin. Sonst erhob den Fleischschrot das Amt Zechlin, in der eben bezeichneten Art bis ins 18te Jahrhundert. Nur im Jahre 1713 unterm 11. Mai wurde wegen vieler Unterschleife bei der Erhebung des Kälberzehnten, von der Amtskammer die Einrichtung getroffen, daß künftig anstatt des Naturzehnten für jede Kuh von Bauern und Köstern, so wie von Hausleuten im Amte Zechlin jährlich eine Abgabe von 3 Gr. Cour. erhoben werde. Der Termin zur Annahme der Zehntlämmer wurde mittelst Verfügung vom 19. Juni 1717 auf Michaelis verlegt, bis wohin die Untertanen die Lämmer auf ihre Gefahr erhalten mußten. Im Jahre 1718 wurde an die Stelle des Gänsezehnts, jedem Zehntpflichtigen aufgelegt, jährlich dem Amte eine Gans zu geben, er möge junge Gänse haben, viele oder wenige, oder keine.

³⁾ An diesem pflichtmäßigen achtstägigen Dienste in der Saat- und Erndtezeit sieht man recht, wie sehr die Lage der bäuerlichen Untertanen sich in Ansehung ihrer Dienstverpflichtungen allmählig verschlechtert hat. Zur Zeit, da die Dienstaufhebung im Amte Zechlin eingeleitet wurde, nämlich im Jahre 1803, mußten sämmtliche Bauern aus den Amtsdörfern Zech-